



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 21. Letha a Fœderatorum copiis obsessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

„nihilominus Regina non solum auxilia  
 „rebellibus in Scotia miserit, sed etiam  
 „adversus Regem palam, ac passim  
 „hostiliter se gerat, proinde, ut se a bel-  
 „li consiliis Rex alienum probet, denuo  
 „declarare vult, quod non aliud petat,  
 „quam ut rebelles in Scotia ad officium  
 „redeant, & veniam deprecati Regibus  
 „se obsequentes in posterum futuros pro-  
 „mittant, quo facto Rex præteriorum  
 „oblivionem, ac delictorum gratiam san-  
 „ciet, & vires omnes, nisi quæ ad suam,  
 „& Reginæ Uxoris dignitatem necessa-  
 „riæ judicabuntur, inde deducet, si vero  
 „nihilominus Angli rebellibus Scotis  
 „præsto essent, ac Gallos oppugnare  
 „non desinerent, tunc non sponte, sed  
 „coactus ad arma quamvis justa descen-  
 „det., Hæc scripto comprehensa Se-  
 vreus Reginæ Elisabethæ exhibuit, &  
 die vigesima Aprilis passim publican-  
 da curavit.

Sæc. XVI.  
 A.C. 1560.

### §. XXI.

#### *Letha a Fœderatorum copiis obseffa.*

Jam aliquamdiu Fœderati Letham ur- *Burnet.*  
 bem undique cinctam tenebant, fer- *p. 622.*  
 vente autem hac obsidione Galliarum  
 Rex nullum non movebat lapidem, ut  
 ab Elisabetha impetraret, quatenus suas  
 copias, quæ terra, marique jamjam ad-

Oo 3 vene-

**Sæcul. XVI.** venerant, revocaret: Interim Reginæ  
A.C. 1560. Administratrix, cum Lethanæ urbi in-

cludi vereretur, in arcem Edimburgen-  
sem secedere statuit: porro hanc ipsam  
arcem ex Regni Ordinum consensu  
tenebat Joannes Areskinus, innocentia,  
ac diligentiae spectatæ vir, eamque hac  
lege ex publici concilii decreto custo-  
diendam acceperat, ut nemini nisi ejus-  
dem concilii jussu illam redderet: quam-  
vis vero id unum summopere caveret,  
ne vi sibi, dolore ea eriperetur, Regen-  
tem tamen tali tempore excludere no-  
luit, summa prudentia in eo usus, ut  
& officio non deesset, & tamen arcem  
simul in potestate retineret: id ubi co-  
gnovere foederati, etsi Regentem jam  
omni auctoritate spoliaissent, de eventu  
belli tamen incerti longe moderationi o-  
ratione quinto die Aprilis ad eam  
Dalketo scribunt, & supplices orant, ut  
Gallos metum servitutis intentantes e  
Regno migrare jubeat, & desperatae  
plebis animos concepta formidine libe-  
ret: iisdem quoque literis protestantur,  
quamvis gravissima patiantur, nullo  
periculo coactum iri se, ut ab obsequio  
erga Reginam discedant, aut Regi ejus  
Marito ulla in re, quæ non ad patriæ  
libertatis interitum, aut suum, postero-  
rumve exitium sit spectatura, resistant.

§. XXII.